Nº
249

nº 3059

1317

GOBIERNO
DE ARAGON

Robolledo 1317 N 48

Noverint universi presentes pariter et futuri quod Agnes uxor quondam Bartolomei Compeny tutoris castri de Robolledo in Fenoled existens in presencia venerabilis magistri Berengarii Alsey iudicis curie
Robolleti Roberti viri dompni Raymundi de Cancro militis pecijt et supplicavit eidem iudici sibi concedi tutelam et administracionem personarum Guillelmi et Guillelme pupillorum filiorum et heredum dicti viri sui condam tamquam ille cui
de iure defertur et in ea confirmari. Cuiquidem supplicacioni dictus iudex annuens tamquam iuste dictam Agnetem matrem dictorum pupillorum concessit et confirmavit dictus iudex in administracione predicta. Qua confirmacione facta
predicta Agnes promisit rem pupillorum predictorum salvam fore utilia procurare et inutilia pro posse suo evitare. Et inventarium de rebus et bonis dictorum pupillorum in inventarium facere et infra legittimum tem-
pus complere. Et de gestis et administratis per eandem finita tutela racionem reddere et reliqua consignare. Obligando inde se et omnia bona sua. Renuncians scienter et consulte Senatusconsulto Velleyano, doti su-
e et sponsalicio et sedis hypothecis sine sacramento. Et omni iuris auxilio alij per quod contra predicta venire posset ullo modo seu venire. Godin et pro predictis attendendis et complendis in fideiussorem dando iuste pre-
sentem qui obligavit se et omnia bona sua ad predicta. Renuncians iuri dicenti reum principalem primo fore conveniendum quam fideiussorem. Et omni alij iuri sub omni renunciacione [illegible] et cautela. Cuiquidem tutele et
actui legittimo dictus iudex suam auctoritatem iudiciariam interposuit et decretum causa cognita et omni iuris sollempnitate adhibita que consuevit in talibus adhiberi. Actum ut supra. Testes [illegible]
Petrus rector. Et Jacobus Muntaner de Robolledo. Et Guillelmus Gasc baiulus de Prats. Et ego Arnaldus [illegible] publicus notarius in tota terra que fuit dompni Roberti dompni Raymundi de Cancro in Fenoled [illegible] dicti do-
mini. Et [illegible] de Cancro ad predictam registracionem recepi hanc cartam die vigilie beate Marie apostoli. Anno domini incarnacionis M° CCC° septimo. Et in formam publicam redegi. Et meo solito signo signavi.
Clavi...

GOBIERNO DE ARAGON